

Ἑβδομο μάθημα

legam	legerem	legerim	legissem	lege	legito	legere
legas	legeres	legeris	legisses	legite	legito	
legat	legeret	legerit	legisset		legitote	legisse
legamus	legeremus	legerimus	legissemus		legunt	
legatis	legeretis	legeritis	legissetis			
legant	legerent	legerint	legissent	legens, legentis		lecturus, a, um

audiam	audirem	audiverim	audivissem	audi	audito	audire
audias	audires	audiveris	audivisses	audite	audito	
audiat	audiret	audiverit	audivisset		auditote	audivisse
audiamus	audiremus	audiverimus	audivissemus		aiudiunto	
audiatis	audiretis	audiveritis	audivissetis			
audiant	audirent	audiverint	audivissent	audiens, audientis		auditurus, a, um

fructus	fructus	cornu	cornua	res	res	dies	dies
fructus	fructuum	cornus	cornuum	rei	rerum	diei	dierum
fructui	fructibus	cornu	cornibus	rei	rebus	diei	diebus
fructum	fructus	cornu	cornua	rem	res	diem	dies
fructus	fructus	cornu	cornua	res	res	dies	dies
fructu	fructibus	cornu	cornibus	re	rebus	die	diebus

Magnus es, Domine, et laudabilis valde: magna virtus tua et sapientiae tuae non est numerus. Et laudare te vult homo, aliqua portio creaturae tuae, et homo circumferens mortalitalem suam, circumferens testimonium peccati sui et testimonium, quia superbis resistis: et tamen laudare te vult homo, aliqua portio creaturae tuae. Tu excitas, ut laudare te delectet, quia fecisti nos ad te et inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te. Da mihi, Domine, scire et intellegere, utrum sit prius invocare te an laudare te et scire te prius sit an invocare te. Sed quis te invocat nesciens te? Aliud enim pro alio potest invocare nesciens. An potius invocaris, ut sciaris? Quomodo autem invocabunt in quem non crediderunt? Aut quomodo credunt sine praedicante? Et laudabunt Dominum qui requirunt eum. Quaerentes enim inveniunt eum et invenientes laudabunt eum. Quaeram te, Domine, invocans te et invocem te credens in te: praedicatus enim es nobis. Invocat te, Domine, fides mea, quam dedisti mihi, quam ispirasti mihi per humanitatem filii tui, per ministerium praedicatoris tui.